



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

V. V. Interior haec Confessio, quae sit soli Deo, etiam vtilis sit &  
necessaria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**



Itaque ea interior Confessio, quæ cum amarulenta agnitione peccatorum, ac veris doloribus, votum resipiscendi & spem indulgentiæ coniuncta habet, propriè piorum est, potissima utique contritionis pars, atq; adeò veræ contritionis formatrix, & effigiatrix, à qua tam sæcernuntur illi, qui neque cum animæ compunctione, & amaritudine, neq; cum peccatorum abolitione, & spe indulgentiæ, suâ malitiam agnoscunt; quàm qui nimia desperatione obstupescunt, & benè & malè viuere, iuxtà ponentes: Atq; adeò de suis malis gloriantes, qui nullo dolore, aut metu iræ DE I afficiuntur, sed securi suis voluptatibus indulgent, sicut irrationalia pecora, natura genita in capturam, & perniciem, voluptatem existimantes diei delicias: Sic enim Petr. Apostolus homines illos impiè securus describit, quorum hodie plenus est orbis. Qui fiducialiter, quæ mala sunt, agunt: Et sic nec ingemiscunt, nec lachrymam proferunt, neque confitentur, quos saluari est impossibile; quòd nec agnoscant facinora sua, nec DE I iudicium præ oculis habeant.

Confessio interior propria Christianorum

2. Pet. 2.

Rom. 1.

Gal. 5.

*Estne interior hæc Confessio, quæ fit soli DEO, etiam utilis & necessaria?*

*Quæstio V.*

*Confessio peccatorum, quæ soli DEO fit, tam est*

*Respōsio.*



## Caput II. De Definitione

Esa. 43.

tam est necessaria, vt DEVS non aliter nos iustificet, quam confessos. DEVS est, qui gratis quidem iustificat: Ego (inquit apud Esaiam) sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Sed quia talis est misericordia Domini, qua nolit nos abuti Deus, vt, scilicet, hanc cōsecuti, remissiores fiamus: Idcirco quærit & à nobis quiddam, non vt pretium iustificationis, sed vt adminiculū, quod tamen ipse quoq; nobis per consensum cooperantibus, largitur; nimirum fidelem mentis Confessionem. Siquidem apud eundem Prophetam sequitur: Reduc me in memoriam, & iudicemur simul; narra si quid habes, vel (vt Septuaginta transtulerunt) dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris.

Ibidem.

Psal. 50.

Huius Cōfessionis fiducia fidelis ille Rex David reposcit, vt DEVS eum ab iniquitate sua lauet: Secundum (inquit) multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatē meā. Vnde verò tantum beneficium præsumat, statim subiecit: Quoniam, inquit, iniquitatem meam ego cognosco.

*Quæstio VI. Cur DEVS, qui nihil ignorat, Confessionem nostram requirit?*

*Respōsio.* R Equirit DEVS hanc Confessionem peccatorum nostrorum, non quòd ignoret ea, quamuis non confessa; Cùm faciebas ea, præstò erat; cùm admitteres, nouerat; sed quòd